



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Quinam excom[m]unicati sint vitandi, vel non vitandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

pedimentum perpetuum non fit, sit adhibendus.

alij fideles non excommunicati cum his communicare, & velint, licite possint.

SECTIO IV.

§. II.

De excommunicatis vitandis, vel non vitandis, & prohibita vel concessa cum eis communicatione.

Qua persona, & ob quas causas excusentur, ut licite possint communicare cum excommunicato non tolerato, seu vitando?

§. I.

Quinam excommunicati sint vitandi, vel non vitandi.

Causæ, ob quas cum excommunicatis etiam non toleratis communicare liceat, hoc versiculo comprehenduntur: *Præ, lex, humilis, res ignorata, necesse:* ita ut communicationem permittat.

De jure antiquo omnes excommunicati majore excommunicatione vitandi sunt, tam in divinis, quam profanis, ita ut cum illis nulla communicatio liceat, cap. cum non ab homine 14. h. t. & cap. nulli 8. eodem, ac cap. cum plantare 3. §. excommunicatos de privilegiis, post Concilium tamen Constantiense, ne nimia vitandorum multitudine difficilem faciat conversationem inter homines, duo tantum sunt genera excommunicatorum, qui vitari debent, publicè scilicet excommunicati, & denunciati, ac notorij clericorum percussores, qui in excommunicationem canonis, si quis suadente incidant (prout probatur ex constitutione Concilii Constantiensis ad vitanda &c. ex qua constitutione etiam habetur, quòd per eam nullus favor sit factus ipsis excommunicatis, quasi ad communicandum cum non excommunicatis ingerere se possint sine peccato, sed quòd

Primò, Utilitas sive communicantis sive excommunicati, tam temporalis, quam spiritualis cap. Responso 43. h. t. Secundò, licitam hanc communicationem facit lex, matrimonialis scilicet, can. Quoniam multos 10. caus. 11. q. 3. ubi absolute asseritur uxorem cum marito excommunicato communicare posse. Tertiò, licitam hanc communicationem facit humilitas subjectionis, ita ut qui alicui subjei sunt, possint eidem communicare, quamvis vitandus ille excommunicatus esset, cum excommunicatio non tollat obedientiam debitam; & hinc liberi, sive naturales, sive adoptivi sint, possunt cum suis parentibus, quamvis excommunicati vitandi sint, communicare; servi, famuli, ancillæ, ac villici, cum suis dominis (saltem si ante excommunicationem ad eorum obsequia obligati erant) Clerici, qui sunt de familia Episcopi, cum hoc suo Episcopo, si excommunicatus vitandus sit; religiosi cum suo Prælato, &c. non quidem

Nnn nn 3

in